# Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 43

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 76.



Werken de jure nat. et gent. und de Officio hominis et civis in deutscher Sprache gemacht hat. Im 7ten Band auf dem 3ten Blatt wird von der Entstehung und dem Inhalt dieses Manuskripts folgende Nachricht gegeben: Has viri clarissimi Perillustris D. D. Joannis Wilhelmi Lib. Bar. de Knorr Augustiss. Carolo VI. quondam a consiliis Imperii aulicis eruditissimas Annotationes, opus omnis generis doctrina refertissimum, ipsis, in quos scriptum est libris longe celebrius, quo Samuelem Puffendorf, famosum scriptorem Lutheranum, Ecclesiam et Imperium venenatis dogmatis et calumniis foedantem persequitur, castigat, emendat; typis hucusque non excusum, neque ob vastitatem et pretium unquam forte procudendum; plurimorum idcirco manibus avidius exscriptum; nec obscuri propterea Bibliotheca cimelii, nunc Vol. VII. pro opportunitate impetratum, in quo praecipue jus sacrorum legitimis vindicatur manibus, cum reliquis solicite comparandis. D. D. D. filii obedientissimi conventus Seittenstettensis.

## Cod. XLIII.

Aristotelis Libri X Ethicorum.

membran. Fol. Sec. 14. 4.8.

Aristotelis Libri X Ethicorum idiomate latino cum annotationibus interlinearibus et in margine. Versiones horum librorum Moralium latinas plures adfert Fabr. Bibl. graeca lib. 3. p. 153.; nostra cujus sit, definire non possum. Contuli eam cum editionibus: Paris. 1634. ex interpret. Dion. Lambini; cum Romana 1473. per Conr. Schweinhaym et Arn. Pannartz; et cum Veneta per Andr. de Asula 1483. atque postremae maxime conformem deprehendi. Finitur Codex noster cum transitione ad libros Politicorum Aristotelis ita: "Consideratis ergo his, "forte utique magis conspiciemus et qualis politia

**Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 43**

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 77.



"optima et qualiter unaquaque ordinata sit et quibus
"legibus et consuetudinibus utens. dicamus ergo incipien-
"tes".

"Explicit liber Ethicorum".

De Aristotele vide Bayl Diction. historique et
critiq. Fabric. loc. cit. pag. 107.

## Cod. XLIV. deest

1.
4.9.

membran. Fol. Sec. 14.

Rasis (Abuberti) Scripta medica.

Abuberti, seu ut codex noster, Abubecri Rasis opera medica, ex Arabico in latinum idioma a Gerardo cremonensi translata. Ordo librorum est sequens: 1mo Decem libri ad Mansorem de re medica cum additionibus Gerardi cremonensis, quæ lineis rubris in Ms. nostro cinguntur, et nonnullis aliis ab Anonymo quodam in margine appositis additamentis. Titulus est: "Abubecri rasis filii Zacarie liber incipit translatus a magistro girardo cremonensi "in toleto de arabico in latinum. qui ab eo mansori"us vocatus est. eo quod regis mansoris ysaac filii pre"cepto editus sit. Verba abubecri". Præfatio incipit: "In hoc meo libro. regi cui vitam prolonget Deus. agre"gabo summas et agregaciones et flores doctrine medici"nalis. et hoc faciam compendiose". Libro 4to, cap. 8. De significat. malor. proced. in margine nota habentur hac inscriptione. Secreta ypocratis, in quarum fine legitur: Expliciunt inventa in capsa eburnea in sepulchro ypocratis.

2do Liber divisionum hoc titulo: "Liber divisionis translatus a magistro girardo cremonensi in toleto de arabico in latinum. Verba abubechri filii Zacharie arazi." "Incipit: Ventilata fuit in presentia cujusdam probi viri" etc. Notandum hic, ea, quæ in edit. Basil. 1544. a pag. 446. – 450. seu a dimidio cap. 85. – 92. supleta, et in prioribus editionibus plane omissa sunt,

# Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 43

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=1740

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)